



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Mandatum Seu Facultas Commissarij Generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

M A N D A T U M

S E U

F A C U L T A S

Commissarij Generalis.

FRATER IACOBUS DE RIDDERE Ordinis Fratrum Minorum Sacrae Theologiae Lector Iubilatus, totius Ordinis Pater, ac super Provincias Germaniae Superioris, Belgii, Hiberniae, Angliae, Scotiae, Daciae, tam Regularis quam Strictioris Observantiae in utroque foro cum plenitudine potestatis Commissarius Generalis.

Cum in *Summa Theologica Scholastica & Moralis*, diu à me desiderata, meo instinctu & mandato conscripta, à R. A. P. Fratre GUILIELMO HERINCX almae nostrae Provinciae Germaniae Inferioris FF. Minorum Regularis Observ. Custode, S. Theologiae Lectore Iubilato &c. tam plurimum Theologorum, quam Censorum calculo laudabiliter approbata; ad totius Operis complementum videam adhuc avidè desiderari editionem *Partis Tertiae*, cujus multiplices approbationes ac singulares commendationes conspexi: non tantum consentio, & licentiam concedo, sed etiam in meritum salutaris obedientiae injungo praefato R. Patri, ut Tertiam illam Partem de Virtutibus in Genere & particulari, tam Cardinalibus, quam Theologicis, quantocius publici juris faciat ad maiorem Dei gloriam, Seraphici nostri Ordinis, & totius Ecclesiae utilitatem. Actum Coloniae in Conventu nostro FF. Min. Recollect. die 28. mensis Iunii, Anno 1663. sub nostro Chyrogapho, Officiiue Sigillo.

Locus sigilli

F. JACOBUS DE RIDDERE
Commissarius Generalis.

F A C U L T A S

Vicarij Provincialis.

VISO, multiplici fructu quem Ordini nostro SERAPHICO contulit *Summa Theologica* à Reverendo Admodum Patre F. GUILIELMO HERINCX conscripta & quo ad tres Partes jam publici juris facta, licentiam concedo & in meritum Sanctae Obedientiae eidem Patri mando ut, servatis servandis, Tertiam Partem haecenus desideratam praelo mandari curet, quatenus uberrimi fructum ex aliis partibus feliciter exuberantes, hujus accessu augeantur. Datum An-
berpiae in Conventu nostro Fratrum Minorum die 20. Iulij 1663.

F. FRANCISCUS GENDT
Vicarius Provincialis.

**j